peſſimi ſunt falſi teſtes. qui
mendacijs ſuis ⁊ aſſertioni-
bus falſis multos faciūt in-
iuſte ꝯdemnari. ſic duo falſi
teſtes contra naboth ꝓducti
eum lapidari fecerunt. eum
blaſphemaſſe mēdaciter aſ-
ferentes. tercij. Regum. xxj.
Deteſtabile mendacium di
xerunt duo iniqui ſenes cō-
tra ſuſannā falſum teſtimo-
nium ꝓferentes ⁊ eam accu
ſantes. Danie. xiij. Falſum
teſtimonium dixerunt cōtra
ihesum qui principibus ſa-
cerdotum dixerunt. hic dixit
poſſum deſtruere templū dei
⁊ cetera. Math. xxvj. Duo
falſi teſtes qui locuti ſunt cō
tra ſtephanum iniuſte euꝫ la
pidari fecerūt. Actuum. vij.

Mendaces ſunt alique
ꝑſone ⁊ ſpecialiter mulieres
excuſantes ſe de malis ope-
ribus de quibus arguūtur.
ſic mentita eſt vxor abrahe ti
more perterrita non ſe riſiſſe
mendaciter excuſauit Geñ.
decimooctauo capi. Multa
mēdacia dixit pharao moy-
ſi ſe excuſando ne dimitteret
populum. Exodi. viij. ⁊. ix.
Os illius qui mentitur oc
cidit animam et aliquando
corpꝰ ſicut ananias ⁊ ſaphi
ra ſe excuſantes coram petro
dire mortis ſentētiam incur
rerunt. Actuum. quinto ca.
Mendacium officioſum re-
muneratum eſt in preſenti ſꝫ
nō in futuro. ſicut mendaciū
obſtetricū que dixerunt pha
raoni vt filios iſrahel paruu
los non necarent. Exodi. j.
Temporaliter remunerata ē
raab que mētita eſt officioſe
vt exploratores iſrahel libe-
raret. Joſue. ſecūdo capitu.
Officioſe mentitus ē chuſi
pro ſalute dauid dicens ab-
ſaloni. ſicut fui cū patre tuo
ſic ero tecum. ſecundi. Reg.
decimo ſeptimo. Mentita ē
illa mulier officioſe dauid q̄
illos nuncios dauid ſub ve-
lamine abſcōdito celauit. ij.
Regum. xvij.

De miraculis diuine po-
tentie.

Miracula o
peraſ deus

Corporibꝰ in
celo contento
rum.
Angeliſ mino
ribꝫ more mi-
niſtrorum.
Ardoribus ig
neis ſepe paſ-
ſiuorum
Tenoribus a
eris ꝓductis
vaporum.
Aliquoribꝫ a
que q̄uis dat
humidoꝝ
Terra que cul
toribꝫ dat fru
ctum laboꝝ
Beſtiaꝝ mor
ſibus atqꝫ iu
mentoꝝ
Ex ꝓgenitori
bus ortu filio
rum
Saporibꝫ ho
minū deditis
ciboꝝ
Erroribꝫ hoī-
nū incorrigen
dorum.
Terroribꝫ ho
minū exitu bel
lorum
Doloribꝫ ho
minū carnis
egrotoꝝ
Saporibꝫ ho
minum morti
deditorum

Jracula facit deus
in celo ꝛ celeſtibꝫ cor
poribꝰ inter que mi
racula principium fuit crea-
tio prima quando ſcilꝫ deus
celum creauit in principio. ꝛ
poſtea quarta die ſolē ꝛ lunā
ꝛ ſtellas in ſigna mirabiliter
ordinauit Geneſ.j. Ita fuit
mirabilis mūdi creatio ꝙ eiꝰ
noticia nō potuit niſi ꝑ reue-
lationē haberi Unde grego.
ſuper ezechielem omel.j. De
preteritis moyſes propheta-
uit dicens In principio crea
uit deus celum ꝛ terram ꝛc.
Non ꝙ predixit futura. ſed
ꝙ predixit occulta Hec gre
gorius. Stetit ſol ad vocem
ioſue dicentis. Sol contra ga-
baō ne mouearis. Joſue.x.

Ualde fuit mirabile q ad pe
titionē ezechie regis ſol decē
lineas retroceſſit.iiij.Re.xx.
⁊ Iſa.xxxviij.Stella que in
oriente mirabiliter apparuit.
magos ad orandum chriſtū
pduxit. Math.ij.In chriſti
paſſiōe facte ſunt tenebre ſo/
le miraculoſe obſcurato.nā
quia cum luna quītadecima
die ⁊ ſol in parte celi oppoſi/
ta. nō ſolet ſol naturaliter e/
clipſari.quod mirabiliter vi
dens dyoniſius in grecia di/
xit.aut deus nature patitur.
aut mundi machina diſſol/
uetur.Math.xxviij.Marci
xv.In aſcenſiōe corpus do/
minicum miraculoſe ē in ce
lum eleuatum.Actu.primo
Hora tercia fact⁹ eſt repente
de celo ſonus ⁊ ſpirituſſan/
ctus de celo veniens apoſto/
los illuſtrauit.Actuum.ij.
Saulum miraculoſe lux de
celo circumfulſit.⁊ ipſe cele/
riter celeſti voce obediuit.Ac
tuum.ix. Mirabilia fecit
deus in angelis ⁊ celeſtibus
ſpiritibus quos tanq̄ mini/
ſtros in noſtro miniſterio de/
putauit.Unde āgeli loth de
zodomis mirabiliter eruerūt
Geñ.xix. Angelus ad locū
flentiū veniens filios iſrahel
ad penitētiam incitauit. Iu
dicum.ij. Helyam fatigatū
in itinere angelus pane ſub
cinericio ⁊ aqua ſuſtētauit.
iij.Regū.xiiij.Puero terri/
to oſtendit heliſeus currum
auxiliantium angelorū.iiij.
Regum.vj.Reſurgēte xp̄o
angelus domini de celo deſ/
cendit ⁊ cuſtodientes ſepul/
chrū exterruit.Math.xxviij
Apoſtolos in carcere ſub pu
blica cuſtodia poſitos nocte
angelus domini miraculoſe
liberauit.Actuum.quinto.
Miraculoſe angelus libera/
uit petrum vinctū cathenis
duabus ⁊ ſedecim militib⁹
cuſtodientibus eum.Actuū
duodecimo capitu. De hac
materia quere multa d̄ ange
lis bonis in omnibus diſtin
ctionib⁹ eius.quia ibi de mi
niſterijs angelorum multa dixi
capitulo vndecimo p totum

Miracula multa fecit deꝰ in
quatuoꝛ elementis. ⁊ vt faci
lius a legentibus miracula
pꝛedicta valeant oꝛdinate ꝑ
quiri de quo libet elemēto di
ſtincte ⁊ ſingulariter pertrac-
temus. Primo namqꝫ mi
rabilia operatus eſt deus in e
lemento ignis quando filios
iſrahel in columna ignis per
noctem de egiptica ſeruitute
eduxit Exodi decimotercio ⁊
decimoquarto capi. Helias
ignem conſumentē holocau
ſta miraculoſe a domino im-
petrauit. iij. Regum. xviij.
Ad vocem helie deſcendit de
celo ignis ⁊ duos quinqua-
genarios deuoꝛauit. quarti
Regum pꝛimo. Ignis egreſ
ſus a domino zodomam ⁊ ci-
uitates quinqꝫ. ⁊ homines
ſubmergendo deuaſtauit Ge
neſis decimonono De thuri
bulis impioꝛum ignis egreſ
ſus multos incredulos con
cremauit Nume. decimoſex
to capitulo. Miraculum di
gnum memoꝛia fuit illud ꝙ
tres pueri in camino ignis ar
dentis laudantes ⁊ benedicē
tes deum illeſi ⁊ incolumes
perſiſtebant Danielis tercio
Miracula fecit deus in ae
re ⁊ vapoꝛibus exiſtentibus
in eodem. Nam egreſſos fi-
lios iſrahel dominus in colū
na ſcilicet nubis per diem ꝓ
tigendo preceſſit Exodi. xiij.
Leuauit moyſes manum in
aere. ⁊ facta eſt grando qua-
lis nunq̄m fuerat in egipto.
Exodi nono capitulo. Pug
nantibus quinqꝫ regibus cō
tra ioſue facta eſt grādo ſicut
lapides magni ſuper eos Jo
ſue. x. Oꝛante helia annis tri
bus ⁊ menſibus ſex aer plu-
uiam non dedit. tercij Regū
xvij. capitulo. Rurſus eo ite
rum oꝛante venit ex aere plu
uia ſuper terram. quarti Re
gum. xviij. capitulo. Pul-
chꝛum miraculum oſtendit
tribus diſcipulis in tranſfi-
guratione eius quādo loquē
te domino nubes lucida ob-
umbrauit eos. Mathei deci-
moſeptio. Marci nono Lu-
ce nono. In aſcēſione dn̄ica

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dominus chriſtus in nube a
diſcipulorum oculis eſt ſu/
ſceptus. Actuum primo ca.
Miracula multa fecit do
minus in elemento aque qn̄
firmamētum fecit in medio
aquarum. ſuperiores aquas
ab inferioribus diuidens et
poſtmoduꝫ ex aqua reptilia
⁊ volatilia in eſſe ꝓducens.
atqꝫ piſces remittens gur/
giti. aues in aere collocauit.
Geneſis. primo capi. Cum
deus aquis diluuij tegeret
omnem terram Noe cum fi
lijs ⁊ vxoribus in archa ſu/
per aquas miraculoſe ſalua
uit. Geneſis. ſeptimo capi.
Satis fuit magnū miracu/
lum ꝙ dominus aquas egi/
pti conuertit in ſanguinem.
Exodi. ſeptimo. Mirabilia
magna operatus eſt quando
mare diuiſit ⁊ aque ſtarēt ꝓ
muro a dextris ⁊ a ſiniſtris.
donec filij iſrael libere tranſi/
rent. Exodi. decimoquarto.
Per lignum oſtenſum a do
mino moyſi aque amare mi
raculoſe ſunt ſubito dulco/
rate. Exodi. decimoquinto.
Aquā de petra duriſſima po
pulo ſitiente deus miraculo
ſe produxit. Exodi. decimo/
ſeptimo ca. Ingreſſis filijs
iſrahel in iordane aque ſupe
riores ſteterūt. inferiores vo
in mare mortuum deſcende/
runt. et ſic ipſi per ſiccum et
arentem alueum tranſierunt
Joſue. tercio capi. Helias
ſuo pallio tangens aquas
iordanis ipſas diuidens li/
bere pertranſiuit. iiij. Regū.
ſecūdo capitulo. Fecit idem
heliſeus virtute diuina ferꝝ
grauiſſimuꝫ natare ſuꝑ aq̄s
iiij. Reguꝫ. vj. Tempeſtate
in mare dormiente domino.
commota ad eius imperiuꝫ
mare quieuit. Mathei. viij.
Ad p̄ceptū dn̄i diſcipli retia
mittētes in mari plenū mag
nis piſcibꝰ extraxerūt. Jo. xxj
Dn̄s iheſus miraculoſe ſuꝑ
aq̄s maris ambulauit. Ma
thei. decimoq̄rto. Mirac u
la multa operatus eſt domi/
nus in elemento terre quan
do animalia produxit in ea

⁊ hominem de eius limo ha
bita deliberatione produxit.
Gene.j.⁊.ij. Grande ⁊ ter/
ribile miraculum fuit ꝙ ter/
ra ſe aperuit ⁊ dathan ⁊ aby
ron deglutiuit Numeri.xvj.
Non fuit paruū miraculum
quando illi de nazareth ira re
pleti dominuȝ precipitare vo
luerunt cum inter eos ambu
lans ſe abſcondit. Et ſm be/
dam. Terra ⁊ lapides cedē
tes corpori ſuam ymaginem
tenuere impreſſam Luce.iiij
In paſſione domini terra tre
muit. petre ſciſſe ſunt ⁊ aper/
ta lapidea monumenta Ma
thei.xxvij Reſurgente domi
no factus eſt terremotus cu
ius timore exterriti ſunt cu/
ſtodes Mathei.xxviij. Pau
lo ⁊ ſila recluſis in carcere ter
remotus factus eſt. ⁊ vincu/
la ſunt ſoluta Actuū.xvj
Miracula fecit deus in aī
malibus ferocibus atq; ſil/
ueſtribus. ⁊ alijs ꝗ; pluribꝫ
contra naturam ipſoꝝ mira/
cula operando. Nam balaaȝ
cum iret ad maledicendū dei
populuȝ fuit ab aſina quam
ferebat ſtimulando redargu
tus Numeri.xxij. Ad heliaȝ
ꝓfugum a facie iezabel corui
carnes ⁊ panes quotidie de/
ferebant.iij. Regum.xvij.
Danieli poſito in lacum leo
num miram manſuetudineȝ
leones oſtēderunt Danie.vj.
⁊.xiiij. Piſcis qui ionā nau
fragū deuorauit per triduum
ipſum ꝯſeruauit incolumem
ioſum poſt triduū liberū in li
tore euomendo. Jone.j.⁊.ij.

Multa miracula opera/
tus eſt dominus in homini/
bus in quibꝫ eſt miracula o/
peratus. ⁊ primo in natiuita
tibꝫ Miraculoſe ē natus yſa
ac ꝑ repromiſſionem a domi
no reuelatā Gene.xxj. Sāp
ſon miraculoſe ꝯcipitur cum
eius ꝯceptio ab angelo parē
tibꝫ nunciatꝛ Judicū.xiij. Fi
lius mulieris ſunamitis fuit
per heliſeum a domino preci
bus impetratus.iiij. Regū
iiij. Angelus dn̄i q̄ apparuit
zacharie iohānez miraculoſe
nunciauit naſcituꝝ. Luce.j.

Pium miruꝫ ⁊ valde dulce
miraculum qđ criſtus deus
⁊ homo conceptus ⁊ natus
eſt đ virgine. quod miracu/
lum annūciandum iohānes
in matris vtero exultauit.
Luc.j. Miracula fecit de
us in hominibus eos cibis
⁊ potibus nutriendo ⁊ alia q̄
ad corporis vitam pertinent
largiendo. Jđ deus vniuer/
ſorū fructus lignoꝝ homini
in paradiſo tradidit ad veſ/
cendum ⁊ lignum vite in me
dio paradiſi vt pomū vetitū
derelinquens ⁊ lignum vite
comedens viueret in eternū
Geneſ.ij. Dedit dominus
populo coturnices ⁊ manna
ad manducandū ⁊ aquā ſi/
militer ad bibendum. Exodi
xvj.⁊.xvij. Miſit deus car/
nem in abundantia filijs iſrl'
flagrantibus in deſerto. Nu
meri.xj. Quadraginta ānis
eduxit dominus filios iſrael
ꝑ deſertum ⁊ nō ſunt attrita
veſtimenta eorum nec calci/
amenta eorum vetuſtate cō/
ſumpta Deuteronomij.xix.

Preꝑauit dominus cibos
helie eſurienti per viduam ſa
reptanā cui farine hydria nō
defecit nec ē olei lechitus di/
minutus.iij. Regum.xvij.
Per helizeum augmentauit
dominus oleuꝫ mulieris de/
bitis obligate in ſubſidium
iiij. Regum.iiij. Deficiente
vino in nuptijs aquam con/
uertit in vinū dominus. vbi
operatus eſt primum mira/
culum. Johannis ſecundo.
De paucis panibus ⁊ piſci
bus dominus multa milia
populi duabus vicibus ſa/
ciauit ⁊ mltas reliquias fra
gmentorum apoſtoli collige
runt. Mathei decimoquinto
Marci.ſexto. Johānis.vj.
Luce.ix. Miracula opa/
tus eſt dominus in homini/
bus eos diuinis miraculis
corrigendo ⁊ puniēdo. nam
quia omnis caro corruperat
viam ſuam homines diluuij
inundatione purgauit. Ge.
vij. Peccatū ſupbie turrim
edificantium deus linguarū
diuiſiōe puniuit Geneſ.vj.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scelus zodomorum abho-
minabile a domino fuit diui
na vltōne correptum Gene-
ſis.xix. Propter punitōem
chore ⁊ ꝯplicum eius multa
fuerunt miracula perpetrata
Numeri.xvj. Propter duri
ciam pharaonis nolētis di-
mittere populum multa mi-
racula facta ſunt Exodi.vij.
⁊ pluribus ſequentibꝫ Pro
pter archam captā puniens
dominus philiſteos eſt mul-
ta miracula operatus. primi
Regum.iiij.v.⁊.vj. Exerci
tum regis ſirie nequiter ope-
rantem dominus cecitare per
cuſſit.iiij.Regum.vj. Heli
odorus volens expoliare tem
plum miraculoſe fuit acriter
verberatus.ij.Machabeo.iij
In figura hominū ſiue bono
rum operum maledixit deus
ficulnee.⁊ fuit ſubito arefac-
ta Mathei.xxj. Helimā ma
gum reſiſtentem. apoſtolus
paulus priuauit lumine ocu
lorum Actuum.xiij.Cū qui
dam in nomīe domini ⁊ pau
li deriſiue demonē adiurarēt
demon ipſe inſiluit ꝯtra eos.
Actuum.xx. Miracula mul
ta fecit dominꝰ in hominibꝫ.
bellis ⁊ terroribus vexatis ab
alijs eos defendendo miracu
lis ⁊ alios opprimendo. Naz
poſt ſeptem circuitus iherico
muri funditus corruere. Jo-
ſue.vj. Immiſit dominꝰ gla
dium in caſtris madian ⁊ mu
tua ſe cede cedentes Judicū
.vij. Jonathas ⁊ eius armi-
ger ꝑcuſſerunt tot homines.
ꝙ factum eſt miraculum Et
turbata ſunt caſtra. pri.Re.
xiiij. Magnum fuit mirū ꝙ
dauid philiſteum in funda ⁊
lapide ſuperauit.pri.Reguz
xvij. Obſidente iheruſalem
rege ſennacherib centū quin
quagintaquinqꝫ milia homi
num ſunt percuſſi.iiij.Regū
xix Aduerſarij ioſaphat in ſe
metipſiſ ꝯuerſi mutuo ſevul
neribus conciderunt.ij. Pa
ralipo.xx Propter auxilium
datuz a domino ſex milia ho
minuz centumviginti milia
perierunt.ſecundi. Macha-
beorum.octauo capitulo.

Miracula ſeu mirabilia fecit dominus ī hominibus dolentibus ſeu infirmantibꝰ quacunq̧ infirmitate fuerūt grauati. In cuius figura ꝑcuſſi filij iſrahel a ſerpentibꝰ per ſerpentē eneum qui chriſtum ſine veneno peccati peccatoribus ſimilem figurabat ſunt a doloribꝰ liberati. Numeri. viceſimoprimo capitulo. Helizeus naaman leproſum in iordanis flumine ſeptena lotiōe ſanauit. quarti Regum. quinto capi. Thobias quatuor annis cecus felle piſcis eſt miraculoſe curatus per angelum. Thobie vndecimo capitu. Chriſtus multos egros ſanauit a varijs ⁊ diuerſis languoribus leproſum quendam ſanauit cum de monte deſcenderet. Mathei. octauo capi. Decē leproſos cū ingrederet̄ quoddam caſtellum ſanauit quibus ſolū vnus reuerſus reddidit laudem deo. Luce. decimoſeptimo. Demoniacos octo liberauit. de duobus dicitur Mathe. nono. de tercio Luc. quarto. de quarto Mathei. duodecimo. de quinto Luce. vndecimo ca. de ſexto Mathei. decimoſeptimo ca. ⁊ Luce. nono ca. de ſeptimo Marci. ix. alias primo cap̄. ⁊ Luce quarto ca. de octauo Mathe. decimoquinto cap̄. Similiter vndeci infirmos ſanauit. ſcilicet ſocrum petri a febribus. Mathei. octauo paraliticum iacentem ī lecto Mathei. ix. paraliticum per tectum dimiſſum. marci. ij. hydropicum. Luce. decimoquarto. habentem manū aridam. mathe. iij. languidū ad piſcinā. Johā. v. incuruatā mulierē. Luc. xiij. ſeruū centurionis. mathe. viij. ſurdos fecit audire ⁊ mutos loqui. Mathei. nono capitulo. filium reguli qui poſt īcipiebat mori. Johannis. quarto ca. mulierem fluxum ſanguinis patientem. Mathei. ix. cap̄. Marci. quinto capitulo. Et malchū ſeruū principis ſacerdotū cui petrus auriculā

amputauit Luce.xxij. Petrus ſanauit claudum Actuum.iij. Et paraliticum iacenten in lecto Actuū.ix. Umbra petri ſanauit infirmos Actuū.v. Philippo predicante multi ſanati ſunt Actuum viij. In ciuitate liſtris paul⁹ claudum ex vtero matris ſanauit Actuum.xiiij. Puellā a ſpiritu phitonico liberauit. Actuum.xvj. Sudaria ꝛ veſtes pauli languores curabāt Actuum.xix. ꝛ ipſe patrem publij febribus ꝛ diſſenteria laborantem facta oratōne ſanauit Actuum.xviij. Miracula facta ſunt virtute diuiſa ſuper hominibus mortuis eos ſuſcitando. Sic helias filium mulieris matriſfamilias eius hoſpitem a mortuis ſuſcitauit.iij. Regum.xvij. Heliſeus filium mulieris ſunamitis ſuſcitauit a mortuis. quem ei ſuis precibus a domino impetrauit.iiij. Regū iiij Oſſa defuncti cadaueris tangens ipſe heliſeus defunctus protinus reſurrexit.iiij Regum.xiiij.capitulo. Saluator noſter tres mortuos ſuſcitauit. ſcilicet filiam archiſinagogi ī domo patris Mathei.ix. Marci.v. ꝛ Lu.viij. Filium vidue extra portas ō latum Luce.vij Et lazarum quatriduanum iam fetidum ꝛ ligatum Johannis.xj. In paſſione domini inter alia ſigna miraculorum multa corpora ſanctorum ſurrexerunt. Mathei.xxvij. Ipē ſaluator etiam mirabiliter ſurrexit a mortuis apparens mulieribus Mathei.xxviij. Et diſcipulis clauſis ianuis Johānis.xx. Petrus vocauit thabitam mortuam. ꝛ illa aperuit oculos ꝛ reſedit. Actuum nono. Cum paulus predicaret cecidit in feneſtra tercij cenaculi adoleſcēs. ꝛ ſublatus eſt ꝛ mortuus. ad quem deſcens paulus in nomine domini ſuſcitauit. Actuum viceſimo capitulo.

De morte communi